

1761

A S C E T I C A

1762

DCCXXXIV.

U. 176 Codex chartaceus lat. Sec. XV. Folior. 142. f. per duas columnas nitide exaratus et rubricis distinctus, superiore tamen parte humore vitatus est Collectio *Ascetica* ad Ordinem *Carthusiensem* potissimum pertinens. Continet enim I. *Tractatum de proponentibus religionis ingressum et de anno probationis usque ad professionem inclusive*. Bipertitus est, *Parte I. Capitibus 30. Parte II. vero 23.* constante, quorum Summaria praemittuntur. Prologi initium est: *Conuertimini ad me et salui eritis. Isaiae 45. Quantum diuina miseratio multis variisque modis in scripturis &c. C. I. etiam de Parte III. sermo est, in qua de modo regendi et habendi se post professionem tractandum foret. Verum ea in Codice non comparet. Autor nullibi proditur, scripsit tamen post Nicolaum de Lira, itaque post Sec. XIV. medium, neque Carthusianus fuit; ait enim P. I. c. 7. In Ordine Carthusiense, ob cuius nouellorum quorundam fauorem presens opusculum collegi, sicut ab expertis et approbatis in eodem ordine viris didici, difficillimum est solitudo. Finis Tractatus: Numquid iterum post veteres declinas mores et consuetudines?*

II. fol. 39. sequitur aliud Opusculum tripertitum praeuio Capp. Elencho, quorum Pars I. censet 9. II. 17. III. 21. Prologus ad Fratrem dirigitur hoc initio: *Voluntatis mee fuit atque consilij,*

quatenus mens tua in mari huius seculi multis agitata fluctibus et procellis ad portum magis securum videlicet sancte religionis statum applicaret. Partium III. argumenta haec sunt: Prima hortabitur in proposito studendi theologiam permanere. Secunda docet modum studendi magis utilem et meritorium. Tercia vero a quibus vicij principaliter tibi sit cauendum. Forma dialogica est inter Magistram et Discipulum, atque illa huic P. II. c. 2. praeter Nicolaum de Lira et Thomam Aqu. commendat duos modernos Doctores Henricum de Hafsia et Job. Gersonem. Extrema sunt: pro omni errato siue bonum uel malum sit.

III. fol. 78. Tractatus, ut e calce adsumo, de confirmatione et regula approbata ordinis cartusienensis. Praemisso Capp. 21. Elencho Caput 1. incipit: *Legitur Apokal. 12. quod postquam draco traxit terciam partem stellarum &c. Ultimum finit: apud districtum iudicem premia eterne pacis inueniant. Ad quem jam posteriora haec duo pia Opuscula referemus? Ad Nicolaum Kempf de Argentina anno 1440. Gemnicensem nunc abolitam in Austria Carthusiam ingressum, postque gestum ibidem, tum Pletriaci in Carniolia et Gyrii in Styria infer. Prioratum a. aet. centesimo, seculi vero 97. vivis exemptum. Numerosa ejus Scripta percenset Bern. Pezsius in Biblioth. Ascet. T. IV. in Praef. et T. XI. posthumo subpletus ab Amico editore. Ex his Opusculum nostrum Dialogicum vul-*

Ss 2

vul-

1763

C O D I C E S A

1764

vulgavit dicto T. IV. p. 257. Alterum e *Codd. Gemnic. et Agsbacensi* indicavit tantum. Sed et primum Tractatum nostri Codicis de *Proponentibus religionis ingressum &c.* quem non a *Carthusiano* scriptum diximus, eidem *Nicolao e Codd. Gemnic. Mellic. et Tegernsensi* tribuit, quod ea ratione componi possit, ut eum a *Nicolao* etiam dum in *Academia Vindobonensi* Scientiis occupato, animo tamen jam ad *Carthusianos* inclinato elaboratum dicamus; Institutum enim primo amplexus est anno aet. 43.

IV. fol. 94. p. 2. Literae *Alexandri III. et Lucii III.* item Privilegia aliorum Pontificum in favorem *Carthusiani* Ordinis, prout extant in perrara *Statutorum Guigonis* editione per *Job. Amerbachium Basil. 1510.* f. ubi inter Cardinalium *Alexandro* subscribentium nomina e Codice nostro *V. baldus pro Hulbadus, et Guilelmus pro Etver.* rescribere.

V. fol. 98. p. 2. Incipit tractatus contra emulos et detractores parvitas Ordinis cartusien. magistri *arnoldi de villa nova doctoris medicine domni apostolici.* Ita: *Adversum me loquebantur qui sedebant in porta &c.* Extat inter Opera singularis hujus Viri a. 1313. demortui in edit. *Lugd. 1532.* f. n. 62. titulo: *de Esu Carnium pro sustentatione ordinis Cartusien. contra Jacobitas.* Ita olim *Dominicani* in *Gallia* audiebant a concessio illis primitus *Parissis D. Jacobi Xenodochio.* Ad quos vero ab a. 1790. nomen istud transiverit, nemo nescit.

V. fol. 101. Incipit tractatus egregius in sacra theologia doctoris magistri *Johannis Gerson cancellarij parisen. de non esu carniū.* Dicatur *Johanni de Gormant,* qui in edit. *Pseudantverpiensi,* re vera *Amstelaedumensi* Opp. *Gersonis* T. II. col. 715. f. adpellatur *Gonnant, Goumant, seu Gonnebans.* Init vero: *Grandis et miranda est Johannis abstinentia &c.* Apologia hac suum erga *Carthusianos* amorem testatum voluit Autor.

VII. fol. 109. praemisso Capitulo Syllabo Incipit prologus in Epistolam beati *Bernardi ad fratres de monte dei.* Ita vel ipsi *Gersoni* olim creditum, et inde fortasse, quod multis Exemplaribus deesset alterum Prologi nostri dimidium, in quo Autor alia sua Scripta recenset, e quibus palam fit, illum non *Bernardum* esse, sed *Guilelmum Abb. S. Theodoric* prope *Remos, Bernardo* tamen συγγεγονοι. Adi editionem *Mabill. Opp. S. Bernardi* T. V. col. 199. Divisa est ibi Epistola in Capita XVI. in Cod. vero nostro, cui pariter dimidium illud Prologi a verbis: *lucis amore assuescant;* deest, in *Libros II.* tributa est, L. I. Capitulis 50, *Libro II.* qui ibi incipit: *Quam dilecta tabernacula tua Domine virtutum &c. Capitulis 13. constante.* Init Prologus: *Dominis et Fratribus H. (Gaufredo) priori frater B. (Guilelmus) sabbatum delicatum &c.* *Carthusianos* fuisse, vix est, quod moneam. Finis Epistolae: *Secretum meum mihi.*

VIII.

1765

ASCETICI.

1766

VIII. fol. 127. *Hec est Epistola Beati Bernhardi ad parentes suos.* Non est, ut dixi *Vol. I. P. I. col. 1143.* Init: *Sola causa qua liceat parentibus non obedire Deus est &c.*

IX. fol. 128. *Incipit ortus et decursus ordinis carthusiensis. Editus a magistro henrico Calcar.* Vir hic ita dictus ab oppido natali in Ducatu Cliviae, cognomine Aeger, de quo tradunt *Tribemius in Scriptt. Eccl. n. 666.* et in *Scriptt. Germ. n. 130. Arn. Bostius de illustr. Carthuf. c. 12.* et *Theod. Petrejus in Bibl. Carth. p. 131.* Theologus *Parif.* et *Canonicus Colon.* aetatis a. 37. *Carthufiam ingressus, Praefecturis multis gestis, obiit Coloniae 1408.* Praefens ejus *Scriptum incipit: In christo ihesu nouerint qui uelint pie ortum et decursum a trecentis annis et quatuordecim haecenus annis ordinis Carthusiensium &c.* et finit: *loquor coram deo, non esse in ecclesia dei saniores, longeuiores, leciores in christo et conscientia, aut quieciores in corpore et anima, quam sint dei dono suo modo pauperes carthusiensis. Benedictus sit ergo ille, qui eis benedixit &c.* Exemplo sint ipsi *Nicolaus supra dictus Gemnicensis, qui ad 100. et Henricus praefens, qui ad 80. annos peruenit.* *Historiolam ejus a nullo Ordinis Alumno haecenus ad prelum promotam inde putem, quod quibusdam aliis Sodalitiis religiosis displicere possit, praecipue Eremitis D. Pauli, quorum originem ad Fratricellos seu Fratres de*

paupere Vita filvicolas refert. Interim *Monachus quidam majoris Carthusiae similem Relationem ab a. 1082. ad a. 1409. pertexuit, cui plura Calcariensis nostri inferuit. Legitur illa Vett. Scriptor. et Monum. Martenii T. VI. Parif. 1729. col. 151. f.*

X. fol. 137. *Epistola beati Augustini episcopi que uocatur speculum mortis vel peccatoris.* Initium: *Quoniam karissimi in uia huius uite (al. seculi) fugientis sumus &c.* Spuria, ut edit. *Opp. Maur. T. VI. Append. col. 155.*

XI. fol. 140. *Incipit Augustinus de triplici habitaculo mundi.* Ita: *Tria sunt sub omnipotentis dei manu habitacula &c.* Non fincerius praecedente, eique eodem loco *col. 159.* statim subjunctum.

DCCXXXV.

|| Codex membraneus lat. Sec. R. 1536
XV. Foll. 117. f. min. nitidissime exaratus, majorem insuper commendationem a speciosissimis, quibus ornatus est, Piaturis meretur. Nam praeter IV. Frontes Librorum, quae paginas integras occupant, plurimorum Articulorum Initia uividissimum Schema five campestre, five architectonicum, materiae tractandae congruens, exhibent, in quo inuentionis ingenium cum imitatione antiquorum Artis operum et penicilli illecebris certat. Atque, ut specimen dem, Frons prima Codicis Monumentum elegans repraesentat, cujus summo Virtutes stolatae, suis adtributis insignes Caritas, Spes,